



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XX. N. I. Kayserliche Responcion auf die Schwedische Friedens-Proposition, im Lateinischen. N. II. Dieselbe im Deutschen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1645.
Sept.

Die andere begreift principaliter Ihre Kayserliche Majestät und das hochlöbliche Churfürstliche Collegium.

Die dritte aber wiederum Ihre Majestät, Dero Erb-Hauß Oesterreich und Ihre Erb-Königreiche und Lande, wie auch den König in Hispanien.

Beÿ allen diesen dreyen Classibus wird sich leicht befinden, und nicht schwehr seyn zu determiniren, ob und was davon bey diesen Tractaten auszustellen, oder einzugehen. Und obwoln in beyden Propositionibus viel Exorbitanzien bey theils Articuli zu befinden, man auch an ihre Ordnung nicht gebunden, und der Methodus bey solcher Allgemeinen Friedens-Handlung dieses erfordern thät, daß man vor allen Dingen wissen müste, was ein Theil dem andern zu restituiren wilens, welches zwar die Cronen an Ihre Majestät sehr weitschichtig prätendiren, sich aber dagegen im wenigsten nicht erklären thun, was sie Deroselben, auch Churfürsten und Ständen restituiren wollen; So halten jedoch Ihre Kayserliche Majestät, zu Verhüt- und Abschneidung alles weitem Verzugs und unnöthigen Disputats, für rathsam, über diese proponirte Punkte, in solcher Ordnung, wie dieselbe übergeben worden, die Tractaten im Nahmen Gottes fortzustellen, jedoch unbeschadet Ihrer Majestät und des Heiligen Reichs, auch sämtlicher Churfürsten und Stände und eines jeden Rechts, auch mit Vorbehalt, die Ordnung nach Gelegenheit der Sachen zu verändern, und vor allen Dingen den Punctum Restitutionis zu erlebigen; ingleichen Ihrer Kayserlichen Majestät Meynung zu ändern, zu mindern, zu mehren, wie es die Zeit und Gelegenheit der Sachen mit sich bringen, auch Churfürsten und Stände mit und neben Dereselben vor gut befinden werden, allermassen es auch die Cronen selbst ihnen vorbehalten haben.

Und diesem nach ad Speciem zu kommen, so haben Ihre Kayserliche Majestät auf jede Proposition ein Lateinisches Concept und Begriff, was zum Eingang und Beschluß, wie auch auf die Articuli selbst, und einen jeden insonderheit zu antworten seyn möge, verfaßten lassen, und hiemit den Anwesenden Churfürstlichen, Fürstlichen und übrigen Stände Gesandten ad deliberandum zuzustellen anbefohlen, des gnädigsten Versehens und Zutrauens, sie werden bey diesem hochwichtigen Friedens-Werck, ihr einzig Absehen förderist auf die Ehre Gottes des Allmächtigen, sodann auch auf die Kömische Kayserliche Majestät, als Dero höchstgeehrten und einigen weltlichen Ober-Haupt, auch des Heiligen Römischen Reichs Ehre, Würden, Nutzen und Frommen richten, auch nicht gemeynet seyn, durch einigen Respekt, heimlichen noch öffentlichen Besuch der fremden Cronen, sich davon abwendig machen, noch im geringsten dahin verleiten lassen, daß dem zu wider, wenig oder viel nachgegeben, oder einiger Bruch in die von unverdencklichen Zeiten wohl hergebrachte Reichs-Verfassung gemacht, noch viel weniger die heilsame Reichs-Constitutiones in Religion- und Prophan-Sachen geschwächet, verändert und vernachtheilet werden, allermassen Ihre Kayserliche Majestät ob Deroselben Verwahrung äußerst zu halten, nicht weniger sich erbieten, als vermöge Ihrer Kayserlichen Wahl-Capitulation, mit theuren Eyden verpflichtet seyn, auch Ihre die sichere Hoffnung geschöpfft haben, da solchergestalt Churfürsten und Stände des Reichs mit Deroselben an und zuhalten, und unter die Armen greiffen thun, daß vermittelt Göttlichen Beystands, bey diesen ansehnlichen Versammlungen, ein allgemeiner Friede in der werthen Christenheit, sonderlich aber in dem Heiligen Römischen Reich Deutscher Nation, noch mit guter Reputation zu erheben seyn werde.

Zum Beschluß verbleiben Ihre Kayserliche Majestät den anwesenden Churfürstlichen, Fürstlichen und der übrigen Stände Abgesandten, samt und sonders, mit Kayserlichen Gnaden und milden Hulden beständig wohl gewogen. Actum Münster den 26. Septembris 1645.

Kayserliche
Responſion
auf die
Schwedische
Friedens-
Proposition,
im Lateini-
schen.

§. XX.

Die Kayserliche Responſio ad Propositionem Suevicam war in beyden Sprachen also gefasset:

Ii ii

N. I.

1645.
Sept.

1645.
Sept.

N. I.

1645.
Sept.*Dictatum 17. Septembr.
Anno 1645.*

Responſio ad Propoſitionem Suecicam.

Qua intentione vel ſtudio Corona Sueciæ arma in Imperium intulerit, Plenipotentiarii Cæſarei ſupervacaneum exiſtimant inquirere, cum de Sacræ Cæſaræ Majæſtatis Ejusdemque Patris pietiffime defuncti innocentia toti Chriſtiano Orbi ſatis conſtet, atque hic Conventus non ad diſceptandum de Juſticia belli, ſed ad ejusdem Compoſitionem amicabilem fit inſtitutus, nec per dictam Sacram Cæſaream Majæſtatem unquam ſteterit, quo minus illud citius componeretur, prout Ipſa & Parens Ejus Auguſtiſſimus, innatâ Ipſis manſuetudine inducti, ſemper maluerunt bella mediis pacatis quam armatis finire. Non vident etiam Plenipotentiarii Cæſarei, quam Corona Sueciæ ex eo conquerendi cauſam habeat, quod non in omnes pro Ejusdem Fæderatis petitos Salvos Conductus, Sacra Cæſarea Majæſtas quantum conſenſerit, minus autem, quod conſeſſos pro Statibus Imperii non ad alios, quam eidem immediate ſubjectos extendi voluerit: nam, ut taceatur, quod in hos Tractatus à principio non aliter, quam ut inter ſolas Partes Principales ageretur, abſque mentione tot Fæderatorum, convenerit, & eventus doceat, conſeſſionem tam profuſam Salvorum Conductuum huic rei promovendæ minime profuiſſe nec prodeſſe; ſane ex litera Conventio- nis Præliminaris & ipſorum Salvorum Conductum, prout aſſeritur, haud oſtendi poteſt, eos etiam pro iis datos eſſe, qui non ſunt Status, adeoque contra eorundem expreſſiſſima verba aliter exponi. Proſtant publicæ Conſeſſiones utriusque Partis ab Anno 1643. uſque ad finem fere Anni 1644. Tractatum Præliminarem undiquaque rite completum eſſe, factamque hinc inde omnium Salvorum Conductum ceterorumque Inſtrumentorum Commutationem, nihilque aliud, quam Congreſſum utriusque Partis Legatorum ad tractandum Principale Negotium ſuperſeſſe: quæ, cum ita ſe habeant, Legati Cæſarei Salvos Conductus pro Mediatis concedere non tenentur.

Quodſi vero Domini Legati Regii Coronæ Sueciæ, certum aliquem ac tolerabilem numerum, pro quibus tales deſiderent, ſemel pro ſemper ediderint; reque cum Dominis Electoribus, Principibus ac Statibus Imperii communicata, id citra præjudicium Sacræ Cæſaræ Majæſtatis & illorum omnium fieri poſſe, & ad promovendum Negotium Pacis pertinere viſum fuerit, ad conteſtandam tanto magis Sacræ Cæſaræ Majæſtatis propenſiſſimam in promotionem Tractatum voluntatem, Plenipotentiarii Cæſarei etiam in hoc nihil in ſe deſiderari paſſuri ſunt; ita tamen, ut interim in Tractatione Pacis procedatur, neve ex eo mora ulla nova Tractatui injiciatur; & reſervatâ ſibi etiam ſuper Articulis à Dominis Legatis Suecicis propoſitis (tameſi illi Tractatui Schönbeckiano admodum ſint difformes) ſimili addendi, minuendi & explicandi ſe ulterius poteſtate, factâque prius Electorum, Principum, aliorumque Statuum Imperii præſentibus Legatis communicatione; placet ut Tractatus hic inchoetur & concludatur.

In Nomine Sacro-Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Ad I.

Placet ut bellum, quod inter Sacram Cæſaream Majæſtatem & Sacrum Romanum Imperium ejusdemque Electores, Principes ac Status, Regem Hiſpaniarum Catholicum & Domum Auſtriacam, omnes ipſorum Fæderatos & Adhærentes ex una; & Reges Regnaque Sueciæ & Franciæ, omnes ipſo-

1645.
Sept.

ipſorum Fœderatos & Adhærentes ex altera, partibus, ab Anno 1630. huc usque ſat acriter geſtum eſt, cum omnibus priorum diſſidiorum reliquiis, vigore præſentis Transactionis, ita componatur ac ſopiatur, ut nec ejus nec ullius alterius rei cauſa, vel prætextu ex hoc bello, alter alteri poſthac quidquam hoſtilitatis, aut inimicitia, moleſtia vel impedimenti, quoad Perſonas, Statum aut Securitatem, per ſe vel per alios, clam aut palam, directe vel indireccte, ſpecie Juris aut via Facti, in Imperio aut uſpam extra illud (non obſtantibus ullis prioribus Pactis in contrarium facientibus) inferat aut inferri patiatur, ſed omnes & ſingulæ hinc inde hætenus, occasione hujus belli, Verbis, Scriptis aut Factis injuriæ illatæ, abſque omni Perſonarum Rerumve reſpectu, ita penitus aboleantur, ut quicquid eo nomine alter adverſus alterum prætereundere potuiſſet, perpetua ſit oblivione ſepultum.

1645.
Sept.*Ad II.*

Viciſſim Pax Chriſtiana, Univerſalis, Perpetua, inter dictam Sacram Cæſaream Majæſtatem & Sacrum Romanum Imperium omnesque ejusdem Electores, Principes ac Status, Regem Hiſpaniarum Catholicum & Domum Auſtriacam, omnes ipſorum Fœderatos & Adhærentes; & Reges, Regna Sueciæ & Francia, omnes ipſorum Fœderatos & Adhærentes, Eorumque reſpective Succeſſores & Hæredes, ita mutuo renovetur & ſtabiliatur, adeoque ſincere ſerioque impoſterum ſervetur & colatur, ut omni ex parte, & cum univerſo Romano Imperio, Amicitia firma, fida Vicinitas & ſecura ſtudiorum Pacis Cultura revireſcant & reſpireſcant.

Ad III.

Juxta Univerſalem Illimitatam & in Comitiiſ Ratiſbonenſibus Anno 1641. concludam & publicatam Amniſtiam, univerſi & ſinguli Status, tam Immediate quam Mediate Imperio ſubjecti, qui cum Regibus & Regnis Sueciæ Galliaque, quacunquæ neceſſitudine etiamnum juncti Principes, Comites, Barones, Civitates, Liberaque Imperii Nobilitas, tam quoad Ditiones & Bona, quam quoad Dignitates, Libertates & Jura, reſtituentur plenarie in eum ſtatum, in Sacris & Profanis, in quo ante hoc bellum inter Imperium Romanum & Coronam Sueciæ exortum floruere, non obſtantibus, ſed annullatis quibuſcunque interim per Proſcriptiones, Conſiſcationes, Reſ Judicatas, generales aut particulares Transactiones, aliæque quocunque modo, factis in contrarium Mutationibus, præterquam de quibus proximo Receſſu Imperii 1641. Ratiſbonæ aliter ſtatutum fuit, & caſſata ſuſpenſione Effectus Amniſtiæ ibidem ſancita.

Ad IV.

Reſtitutorum in ſua quiſque Status Juriumque poſſeſſione, ita firmetur ac ſtabiliatur, ut nullius impoſterum facto inde dejici poſſit vel debeat, quod ſi vero quem Jure conveniri vel experiri neceſſe fuerit, ejusmodi ineatur juſtitia ratio per omnia, ut ea impoſterum, abſque omni Perſonarum Rerumve reſpectu, unicuique juxta Fundamentales Imperii Leges & Conſtitutiones, præcipue Pacem Religionis, æquabiliter adminiſtretur; quantum vero ad illos, qui ſe Reformatos vocant, attinet, Sacra Cæſarea Majæſtas non adverſatur, quo minus illius & hujus Pacis beneficio, ſi ipſi velint & quiete vivant, uti, frui poſſint.

Ad V. VI. VII.

Quicquid autem his Articulis continetur, Jura Sacræ Majæſtatis & Statum Imperii inter ſe, adeoque Leges Fundamentales & Statum ipſum Imperii concernit, quarum rerum cauſa vel ratione Imperatori cum Coronis

1645.
Sept.

exteris neque communio aliqua est, neque bellum susceptum vel gestum hætenus fuit, quod si super iisdem Majestati Sacrae cum quibusdam Statibus Imperii, dissensionis vel diffidii aliquid intercesserit, id jampridem penitus compositum sublatumque est: Non superest ex illis præter unicam Landgraviam Hassiæ, qui hodie quavis de causa in armis contra S. Majestatem Sacram stet, quæ tamen Landgravia non aliam ob rem hætenus in armis perseverat, quam quod sibi à Fœdere Suecico recedere, donec Pax cum Coronis coalescerit, non esse integrum dicat, atque idcirco non vident Cæsarei Plenipotentiarum, quo titulo vel fundamento Corona Sueciæ, quoad hæc, à Majestate Cæsarea Sacra aliquid prætentat; sunt in manibus Constitutiones Imperiales ipsaque Aurea Bulla, ex quibus, quid cuique juris competat, quidque in Electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi, aliisque Publicis Deliberationibus ac Negotiis observandum sit, clare constat. His Majestas Sacra firmiter insistit, neque contra earundem præscripta, quemque Electorum, Principum vel Statuum gravare, sed potius juxta easdem, omnes & singulos protegere & manutenere intendit.

1645.
Sept.

Quod si durantibus his tam difficilibus variisque ac diuturnis belli motibus, contra vel præter earundem placita quidpiam contigerit, id magis ipsiusmet belli & temporum injuriæ & calamitatibus (a quibus credibile, ne Coronæ quidem Sueciæ aut Galliæ Status ac subditos per omnia exemptos immunesve fuisse) quam intentioni Majestatis Sacrae Imperialis est adscribendum, quarum rerum querelæ simul cum Pace ipsa restaurata cessaturæ sunt; si circa ipsas Constitutiones & Leges Imperii Mutandum, Emendandum, Interpretandum Declarandumve aliquid fuerit, id, cum ex earundem Constitutionum tenore, tum ex prætensione DD. Plenipotentiarum Suecicorum, suis ipsis Articulis comprehensa, non alio quam ad plena Comitum Imperialia pertinet.

Et potest quidem hoc responsum solidissimis rationibus munitum sufficere, ad repellendam circa hanc materiam omnem ulteriorem instantiam Dominorum Plenipotentiarum Sueciæ; ne quis tamen existimet, Majestati Cæsareæ grave esse, assentiri iis, quæ Legibus Imperialibus sunt consentanea.

Ad V.

Declarant Plenipotentiarum Cæsarei ad quintum Articulum, placere, si Novæ in Imperio Leges ferendæ Vereresque interpretandæ fuerint, si Bellum, Bellicivæ Apparatus, si Pax aut Fœdera faciendæ, si publica Ordinibus Tributa imponenda, nihil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi cum Comitum liberoque omnium Imperii Ordinum Suffragio & Consensu, salvis tamen iis, quæ ad Imperatorem & Collegium Electorale solum pertinent, & salvis eorundem Juribus & Præminentis, omniaque intelligenda juxta morem ab antiquo in Imperio receptum.

Reliqua, quæ sunt in Propositione huic Articulo adjuncta, de non Eligendo Rege Romanorum, nisi vacante Imperio, magis adversantur Juribus Imperii & Libertati Electorum, nec non Aureæ Bullæ & Capitulationibus Cæsareis, quam quod iisdem sint consentanea, prout hoc procul dubio ipsimet Electores, pro ea, qua pollent in hoc, autoritate, cum opus fuerit, melius declarabunt; quod si etiam aliquis Status Dignitate Bonisque exuendus videatur, contra illum aliter non est procedendum, quam secundum Imperii Constitutiones & Capitulationes Cæsareas.

Ad VI.

Placet, ut sicut dictis Statibus cætera omnia, ipsis de jure competentia Regalia, perpetuo illibata maneat, ita Jus faciendi cum exteris Fœdera, pro sua

1645. sua cujusque conservatione & securitate, singulis perpetuo liberum fit, modo tamen ea Fœdera non sint contra Imperatorem & Imperium, & Pacem ejusdem Publicam, fiantque salvo per omnia juramento, quo quis Imperatori & Imperio obstrictus est. 1645. Sept.

Ad VII.

Placet, ut quæcunque hæctenus inter Catholicos & Augustanæ Confessionis addictos & Protestantas de Pace Religionis & Bonis Ecclesiasticis motæ sunt Controversiæ, eæ Communibus utriusque Partis Consiliis operaque, simul cum hoc Tractatu, absque ulteriori ad alios (si Electoribus, Principibus & Statibus ita visum fuerit) dilatione, amicis, æquis & Christianis modis, ita penitus solideque componantur, ut non duntaxat de vero certoque intellectu dictæ Pacis Religiosæ nullum amplius superfit dubium, sed & cætera Ecclesiastica & Politica Gravamina, quæ dictos Procere & Status tam diu ab invicem distraxerunt, funditus extirpentur, nullo bellorum semine relicto, quin imo, si quæ impostero de ejusmodi rebus dubia inter eos oriantur, ea quoque, ut omnis evitetur occasio turbarum, amicabili compositione, ex æquo bonoque communi expediantur.

Ad VIII.

Placet, ut juxta supra dictum Articulum tertium jamque promulgatam Amnistiam, etiam omnes & singuli tam bellici Officiales Militesque, quam Consiliarii & Ministri, Togati, Civiles & Ecclesiastici, quocunque nomine aut conditione censentur, qui uni alterive Parti, earumque Fœderatis & Adhærentibus Toga vel Sago militaverant, a summo ad infimum, ab infimo ad summum, absque ullo discrimine vel exceptione, cum uxoribus, liberis, hæredibus, successoribus & servitoribus, quoad personas & bona, in eum Vita, Famæ, Honoris, Conscientiæ, Libertatis, Jurium ac Privilegiorum statum, quo ante dictos motus gavisi sunt, aut jure gaudere potuerunt, utrinque restituantur, nec eorum personis aut bonis, hujus militiæ causa, creetur præjudicium, ullave actio vel accusatio intentetur, multo minus ulla pena damnumve sub quocunque prætextu irrogetur.

Ad IX.

Placet, ut omnes & singuli utriusque partis Captivi, citra discrimen Sagi vel Togæ, intra mensem à dato, absque lytro libere dimittantur: Quod si quis ante hos Tractatus, sub lytri sponsione dimissus fuerat, is, lytro nondum soluto, illud solvere adhuc teneatur; qui vero post initos hosce Tractatus lytrum quidem promissit, nondum tamen dimissus est, is vigore §. primi, absque lytro dimittatur; si vero autem lytrum promissum fuerit, si non, omnes indistincte Captivi custodiæ sumptus solvere teneantur; Cæterum non agnoscunt Legati Cæsarei alium Regem Portugalliæ, quam Regem Catholicum, ad quem negotium de liberando EDUARDO BRAGANTINO remittunt.

Ad X. XI. XII.

Plenipotentarii respondent, Sacram Majestatem Cæsaream Regibus Regnisque ad ullam Satisfactionem non teneri, quin potius eam à Regina Regnoque Sueciæ justam postulandi causam habere, prout illam Sacræ Majestati Cæsareæ in eventum, quo præter opinionem hic Tractatus Pacis non perficiatur, expresse reservant; Ac tametsi quidem à Tractatu Schönbeckiano, quoad hunc punctum, recedendi causam sufficientem habeant, eo quod Regina Regnumque Sueciæ id, quod illi tum temporis ex mero Pacis studio oblatum fuit, non acceptarit, imo deinceps bello contra Majestatem Suam & Sacrum Romanum Imperium, Regnaque & Provincias hæ-

1645.
Sept.

reditarias continuato, iisdem qua ferro, qua flamma, majorem vastitatem intulerit, majoribusque damnis & expensis causam dederit, si tamen Electoribus, Principibus ac Statibus Imperii, quorum maxime interest, dicto Tractatui Schönbeckiano in hoc quoque puncto placeat inhærere, Plenipotentiarum Cæsarei nihil refragaturi sunt. Cum Landgravia Hassiæ in certas conditiones jam pridem conventum est, has adhuc Sua Majestas Cæsarea ratas habet: Princeps Transylvaniae non pertinet ad Status Imperii, Sueciæ Confederatos, & Adhærentes per Germaniam.

1645.
Sept.*Ad XIII.*

Placet, ut, Pace hac conclusa & publicata, Loca ab utraque Parte occupata cum Tormentis bellicis & eorum annexis, aliisque ibidem repertis Mobilibus, suis quæque prioribus legitimis Dominis, intra terminum duorum mensium à publicatione Pacis reddantur, reddita vero sive maritima & limitanea, sive mediterranea fuerint, ab ulterioribus omnibus, occasione hujus belli, introductis præfidiis utriusque Partis perpetuo posthac sint libera.

Ad XIV.

Placet denique, ut omnium belligerantium Partium in Imperio Militiæ totaliter exauctoretur, retento ex iis, qui volent, & in suos status traducto, eo tantum numero, quem quæque Pars pro securitate sua necessarium judicaverit.

Ad XV.

Placet, ut quæ ante hæc bella intra omnes Partes viguere Commercia, cum omnibus inde dependentibus, inviolabili pristinae libertatis cursu, Terra Marique, modis omnibus asserventur, remotis, quæ interim irrepserunt, impedimentis; & cum Domini Plenipotentiarum Suecici, ut ulteriorem sibi de his expositionem reservent, Plenipotentiarum Cæsarei eam fieri desiderant, declaraturi se tum super eadem, prout res & ratio requiret.

Ad XVI.

Placet, ut in hac Pacificatione, ex parte Regum Regnorumque Sueciæ & Galliæ, comprehendantur, qui voluerint Reges & Principes, ante Conclusionem Tractatus nominandi, sicut vicissim ex parte Majestatis Cæsariæ comprehendentur, qui voluerint, ab Eadem nominandi.

Ad XVII.

Respondent Plenipotentiarum Cæsarei, quod si post Pacem hanc initam contigerit, ulli Partium vel Federatorum & Adhærentium ea, quæ in supradictis Articulis promissa sunt, non servari, nec ea res intra spatium jam conveniendum possit amicabiliter componi, vel Juris disceptatione terminari (quæ tamen via, ne statim ad arma concurratur, sed Christiano sanguini parcat, ante omnia tentari, & de modo ejus jam tractari & concludi debet) teneantur tam una quam altera Pars, ita utriusque Partis Federati & Adhærentes, junctis cum Parte læsa consiliis viribusque, arma sumere sine mora aut tergiversatione, ad repellendam injuriam, statim atque post dictum spatium conventum, & rem non transactam vel decisam, fuerint ab injuriam passò admoniti.

Ad XVIII.

In horum omnium & singulorum fidem majusque robur, Instrumenta Pacis manibus & sigillis utriusque Partis Legatorum firmata, statim hic mutuo extradantur, atque ex illo momento Pax Firma & Rata sit, & Arma cessent,

1645.
Sept.

cessent, atque interim ad hunc finem eo citius assequendum, parcendumque sanguini Christiano, de brevi & æquo Armistitio conveniatur, ita tamen, ut in Tractatione ipsius Pacis simul procedatur, neve ex eo ulla mora Pacis Tractatui injiciatur, ejusdem vero Confirmationes tam ab Imperatore ac Imperii Statibus, quam Regibus Regnisque Sueciæ & Gallia, eorundemque Ordinibus & Statibus, ut moris est, juxta formulas concipiendas signatæ, intra duos menses à dato hujus, commutentur, has denique commutatas Publicatio & Executio Pacis excipiant & sequantur. His ita declaratis, si Corona Sueciæ acquieverit, & ea, quæ illi incumbunt, debite præstiterit, non dubitant Plenipotentiarum Cæsarei, quin Pax utrinque Honorifica, Firma & Perpetua coalitura sit, & omnia ea commoda exinde proventura, quæ Domini Legati Suecici, Imperatori & Imperio, totique Orbi Christiano augurantur.

1645.
Sept.

N. II.

Den 15. Septembris, 1645. den Ständen publicirte Kayserliche Antwort auf der Schweden Proposition.

N. II.
Die Kayserliche Antwort im Deutschen.

Zu was Intent die Königlich Cron Schweden wider das Römische Reich die Waffen ergriffen, erachten die Kayserliche Plenipotentiarum unnöthig zu erforschen, allieweil der Römischen Kayserlichen Majestät und Deroselben höchstseelig verstorbenen Herrn Vaters Unschuld, der ganzen Christlichen Welt zur Gnüge bekannt, und dieser Convent, nicht von des Krieges gerechter Sache zu disputiren, sondern vielmehr zu freundlicher und gütlicher Hinlegung desselben angestellet, und es auch niemahls bey allerhöchst besagter Ihrer Kayserlichen Majestät gestanden, daß solcher Vertrag nicht eher geschehen ist; Indem allerhöchst gedachte Dieselbe sowol als Derro höchst geehrter Herr Vater, aus angebohrner Güte und Sanftmuth, lieber dem Kriege durch fried- und gütliche Mittel, dann mit den blutigen Waffen ein Ende zu machen, höchlich verlanget und gewünschet haben.

Und sehen auch die Kayserliche Plenipotentiarum nicht, was die Cron Schweden vor Ursach zu Klagen habe, daß Ihre Kayserliche Majestät nicht sobald alle gesuchte Geleits-Briefe vor selbiger Cronen Bunde-Verwandte verwilliget, weniger aber die vor die Stände des Reichs ertheilte, auf andere, dann die demselben ohne Mittel unterworfen seyn, erstrecken lassen wollen: Dann zu geschweigen, daß man während dieser Tractaten von Anfang nicht anders, als die Sache allein unter den Partheyen vorzunehmen, ohne einige Erwähnung, so vieler Bunde-Verwandten, beliebet und verglichen, auch der Ausgang lehret, daß eine weitläuffrige Verwilligung der Paß-Briefe, zur Sachen Beförderung keines weges dienet noch nuhet, ja aus dem Präliminar-Schluß und den Geleits-Briefen selbst, wie man bejahren will, nicht erwiesen werden kan, daß selbige auch vor die ertheilet wären, welche nicht Stände des Reichs seynd, so aber wider deroselben ausdrückliche Worte, gar anders ausgeleget werden. Es tragen beyde Theile gute Wissenschaft, welcher gestalt man von An. 1643. bis fast zum Ende des 1644. Jahres, mit den Präliminar-Handlungen rechtschaffen durchkommen, und allerseits die Paß-Briefe und andere Instrumenta dißfalls gegen einander ausgewechselt worden, daß solchemnach ferner nichts mehr übrig, dann beyderseits Legaten Zusammenkunft, und zum Haupt-Werck zu schreiten, derowegen, und dieweil es sich allerdings also verhält, seynd die Kayserliche Gesandten, nicht auch vor die Mittelbare Stände Paß-Briefe zu verwilligen, schuldig.

Sollten aber die Königlich Legaten der Cron Schweden, eine gewisse leidliche Zahl derjenigen, vor welche sie solche Briefe verlangen, ein-vor allemahl heraus gegeben haben, hätte, nach gepflogener Communication mit den Chur-Fürsten und Ständen des Reichs, solches ohne der Kayserlichen Majestät und Ihrer aller Nachtheil geschehen können, und da es noch zu Beförderung des Frieden-Wercks gehdrig erachtet wird, so wol-

len

1645.
Sept.

len die Kayserliche Plenipotentiarii, zu Bezeugung der Römischen Kayserlichen Majestät allergnädigsten Willens und Begierde zum Frieden, auch in diesen an sich nichts erwinden lassen, doch also, daß unter dessen mit den Tractaten fortgefahren, und denselben einiger Verzug ferner nicht in Weg geworffen werde; Und seynd mit gleicher vorbehaltenen Gewalt, als die Herren Schwedische in ihrer Proposition gethan, (wiewol sie der Schönbeckischen Handlung allerdings ungleich) zu vermehren, zu mindern und zu erklären, nach der zuvor mit Chur-Fürsten und Stände ambesende Gesandten pflegender Communication, zufrieden, daß die Tractaten angefangen, und vollendet werden.

1645.
Sept.

Im Nahmen der Allerheiligsten unzertheilten Dreyfaltigkeit.

Ad 1. Lassen wir uns gefallen, daß der Krieg, welchen die Kayserliche Majestät und das Heilige Römische Reich, auch dessen Chur-Fürsten und Stände, der Catholische König in Spanien und das Haus Oesterreich, samt alle deroeselden Bunds-Verwandte und Anhängere, an einem, und die Könige und Reiche Schweden und Frankreich, alle deroeselden Bunds-Verwandte und Anhängere am andern Theil, von Anno 1630. biß hieher so streng unter sich geführt haben, mit aller vorigen an noch zurückstehenden Uneinigkeit, Krafft gegenwärtigen Vergleichs, dergestalt vertragen und bengelegt werde, und weder dieser oder einer andern aus diesem Kriege entsprungener Ursache oder Vorhangs wegen, einer dem andern hinführo einige Feindseligkeit, Beschwehrung oder Hinderung, sowol an Personen, Staat oder Sicherheit, vor sich selbst, oder durch andere, heimlich oder öffentlich, directe oder indirecte, untern Schein des Rechts oder urthätlich, im Reich oder sonst außershalb desselben (ohne Hinderung einiger vorhergegangener Pacten, die das Widerspiel führen) anthue, noch es andern zu thun gestatte, sondern alle und jegliche bißhero durch Gelegenheit des Krieges, mit Worten, Schrifften oder Thätlichkeiten verursachte Injurien, ohne aller Personen Ansehen, so gar vergessen und vertilget, daß was um derselben willen, einer wider den andern fürschützen und suchen könnte, alles todtsabseyn und in eine ewige Vergessenheit gestellet werde.

Ad 2. Hingegen soll ein Allgemeiner Christlicher Friede zwischen der Kayserlichen Majestät und dem Römischen Reiche, allen dessen Chur-Fürsten und Ständen, dem Catholischen König in Spanien, und dem Hause Oesterreich, allen derselben Bunds-Verwandten und Anhängern; auch Königen und Reichen Schweden und Frankreich, allen deroeselden Bunds-Verwandten und Anhängern, sowol derselben respective Nachkommen und Erben, also beyderseits dergestalt erneuert und bestetiget, recht, aufrichtig und steiff hinführo erhalten, und beobachtet werden, daß auf allen Theilen, und mit dem allgemeinen Deutschen Reiche, eine beständige Freundschaft, getreue Nachbarschaft und ein sicherer Friede grünen, blühen, und herfür wachsen möge.

Ad 3. Sollen, vermöge der allgemeinen unlimitirten, und auf dem Reichs-Tag zu Regensburg Anno 1641. geschlossenen, und publicirten Amniti, alle und jede, sowol ohne oder durch Mittel dem Reich unterworffene Stände, welche mit den Königen und Reichen, Schweden und Frankreich, in Verwand- und Freundschaft stehen; Auch die Fürsten, Grafen und Frey-Herren, Städte und die Freye Reichs-Ritterschaft; sowol an Herrschafften und Gütern, als Würden, Freyheit, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, vollständig in den Stand, beydes in Geistlich- und Weltlichkeiten, darinn sie, vor diesem zwischen dem Römischen Reiche und der Cron Schweden entstandenen Kriege, floriret, wieder gesetzt werden, und daran Nichts, Erklärung, Einziehung der Güter, gesprochenes Urthel, insgemein oder insonderheit Handlungen, oder auf was Masse nur im Gegentheil einige Veränderung über dieses, was im nechsten Reichs-Abschied 1641. zu Regensburg ausgeordnet worden, nichts hindern, sondern allerdings vor nichtig gehalten, und also die Werckstellung der daselbst geschlossenen Amniti länger nicht aufgezoogen werden.

Ad 4.

1645.
Sept.

Ad 4. Soll ein jedweder Stand in dem Besitz seines Rechtens dermassen fest und beständig verbleiben, daß keiner hinführo deren urthätlich oder ohne Recht solle noch könne entsetzt werden: Müste aber einer den andern mit Recht vornehmen, soll eine solche Justiz durchaus eingerichtet werden, daß dieselbe hinführo ohne einiger Person Ansehen, nach des Reichs Grund-Gesetzen und Satzungen, bevorab dem Religions-Frieden gemäß, ihren Lauff gewinne; So viel aber diejenigen, welche sich Reformirte nennen, betrifft, ist der Kayserlichen Majestät nicht zu entgegen, daß sie, wenn sie wollen und ruhig leben, sowol jenes als dieses Friedens nicht weniger genießen und nutzen können.

1645.
Sept.

Ad 5. 6. 7. Was dann in diesen Articuln enthalten, gehet die Römische Kayserliche Majestät und Stände des Reichs unter sich, ja die Grund-Gesetze, und den Reichs-Zustand oder Staat an, derentwegen der Römische Kayser mit den auswärtigen Cronen disfalls nichts gemein hat, noch der bisher geführte Krieg darum angefangen: Haben sich aber zwischen Ihro Majestät und den Ständen, je etwan Uneinigkeiten oder Mißverstand erhalten, so seynd selbige schon lang zu Grund verglichen und aufgehoben.

Und ist aus denselben Niemand mehr übrig dann die einige Land-Gräfin zu Hessen, der heutiges Tages irgend einer Ursach wegen, wider Ihro Majestät noch in Waffen stehe; Und verharret besagte Land-Gräfin darinnen um keiner andern Ursache willen, dann daß sie spricht, es stehe nicht bey Ihr, von dem Schwedischen Bund abzuweichen, es wäre dann zuvor mit den Cronen auch Friede gemacht &c. Und sehen derhalben die Kayserliche Plenipotentiarii nicht, mit was Titul oder Grund die Cron Schweden, was dieses anlanget, an Ihro Kayserliche Majestät pretendiren möge: Man hat die Reichs-Constitutionen und Güldene Bull in Händen, die, was Rechts einem jeden zusiehet, auch bey der Wahl eines Römischen Königs zum künftigen Kayser, und andern öffentlichen Berathschlagungen und Reichs-Geschäften zu beobachten, klare Maasse geben; Darauf bestehet Ihro Majestät beständig, und will deroselben zuwider, keinen Chur-Fürsten und Stand beschwehren, sondern vielmehr sie alle, und einen jeglichen insonderheit bey derselben schützen und handhaben. Was auch bey diesen wäherenden überschwehren und langwierigen Kriegs-Aufstand, wider oder über gedachter Stände Genehmhaltung, etwa vorgangen; So ist dasselbige mehr dem Kriege selbst, und den bösen Zeiten (davon auch, traun, der Cron Schweden und Franckreich Stände und Unterthanen durchaus nicht befreyet seyn) als der Kayserlichen Intention zuzuschreiben, welche Querelen dann alle mit dem Frieden zugleich selbst aufhören: Wann auch etwas an den Satzungen und Grund-Gesetzen des Reichs zu ändern, zu verbessern und zu erläutern, oder etwas zu erklären ist: So gehdret dasselbige sowol ob den Satzungen selbst, als der Königlich Schwedischen Herren Plenipotentiarien in diesen Articuln enthaltenen Vorwand, nirgend anders wohin, dann auf die öffentliche Reichs-Tage.

Und kan zwar diese auf festen Gründen ruhende Beantwortung, wegen dieser Materie alle sich ereigende fernere Instanz der Herren Schwedischen Plenipotentiarien zu hintertreiben genug seyn; jedoch damit nicht jemand vermeynen möchte, ob wäre es dem Römischen Kayser zu entgegen, dasjenige nachzugeben, was den Reichs-Gesetzen gemäß ist.

Ad 5. So erklären die Kayserlichen Plenipotentiarii sich auf den 5. Articul dahin, und lassen ihnen gefallen, wann im Reiche neue Gesetze zu machen, die alten zu erläutern, wann ein Krieg anzufahen, oder desselben Zubereitung vorzunehmen, item Friede oder Bündniß zu machen, Reichs-Steuern anzusetzen seyn, daß dieser oder dergleichen keines hinfort jemahls geschehen oder zugelassen werden solle, es sey dann mit aller Reichs-Stände freyer Stimme und Einwilligung, jedoch unbeschadet derer Sachen, welche vor den Kayser und das Churfürstliche Collegium allein gehdrig, auch ohne Nachtheil deroselben Rechten und Hoheit, und daß solches alles dem Herkommen nach im Reich zu verstehen sey.

1645.
Sept.

Das übrige, was diesem Articul in ihrer Proposition amoch beygefüget, daß kein Römischer König bey Lebzeiten eines Kayseris möge erwöhlet werden, ist den Reichs-Rechten, und der Chur-Fürsten Freyheit, wie auch der Gländenen Bull, und Kayserlichen Capitulation mehr zu wieder, dann daß es denenselben gemäß seyn solle. Welches dann sonder Zweifel die Churfürsten selbst durch ihre Auctorität, da es von nöthen seyn wird, schon besser erklären und ausführen werden. Wann es sich auch begeben, daß einiger Stand seiner Würden und Güter zu entsetzen, so soll wider demselben anderst nicht, dann nach des Reichs Satzungen und Kayserlichen Capitulation verfahren werden.

1645.
Sept.

Ad 6. Lasset man sichs gefallen, daß, gleichwie besagten Ständen, alle andere ihnen zustehende Regalia stets ungeschmälert verbleiben, also soll auch ihnen zu eines jeglichen Erhaltung und Sicherheit, mit den auswärtigen Bündniß zu machen, jederzeit frey seyn: Doch mit dieser Maas, daß solche Foedera nicht wider den Kayser und das Reich, noch desselben Landfrieden, auch unbeschadet der Pflicht, damit jemand dem Kayser und dem Reich verbunden ist, lauffen.

Ad 7. Lasset man sichs gleichfalls gefallen, daß jedwede bisher unter den Catholischen und den Augspurgischen Confessions-Verwandten und Protestirenden, wegen des Religion-Friedens und der Kirchen-Güter erregte Spen und Streitigkeiten, mit beyder Theilen freund- und gütlichen Anschlägen und gesamtten Zuthun, zugleich mit dieser Handlung, ohne weitem Aufschub (wann es den Chur-Fürsten und Ständen also belieben wird) durch Christ-und billige Mittel, ganz und zu grund vertagen werden; daß nicht allein über dem wahren und rechten Verstande besagten Religion-Friedens kein Zweifel mehr übrig sey; sondern auch die andern Geist-und Weltliche Gravamina, welche gedachte Stände so lang von einander zertrennt und zergliedert erhalten, aus dem Grunde, daß auch kein Samen solcher Beschwehrung und Kriegs mehr verbleibe, ausgerottet; ja zu Verhütung aller Gelegenheit, dardurch ein Aufstand zu erwecken, da sich welche Dubia hinfürten in solchen Sachen ereignen, durch freundliche Verträge, nach Gleich und Recht, erlediget werden.

Ad 8. Lasset man sichs gefallen, daß, vermöge obgemelten dritten Articuls jetzt publicirter Amnisti, alle und jede sowol Kriegs-Officier und Soldaten, als Räthe und Diener, Welt- und Geistliche, was Rahmens oder Standes die auch seyn, so einem oder andern Theile und desselben Bunds-Verwandten und Anhängern in einerley Weise gedienet, vom Höchsten bis zum Niedrigsten, vom Niedrigsten bis zum Höchsten, ohne einigen Unterschied oder Wiederrede, mit ihren Weibern, Kindern, Erben, Nachkommen und Gesinde, sowol die Personen als Güter, ihres Lebens, Leumuths, Ehre, Würden, Gewissens-Freyheit, Recht-und Gerechtigkeit wegen, in den Stand gesetzt werden, dessen sie sich vor der Unruhe erfreuet haben, oder von Rechtswegen gebrauchen mögen: Massen dann auch ihnen weder an Personen noch Gütern, dieses Kriegs halber, jetzt was nachtheiliges zugezogen, noch einige Klage oder Beschwehrung wider sie geführet, viel weniger mit einiger Straff und Schadens-Erfattung, unter was Vorhang es wolle, belegt werden sollen.

Ad 9. Lasset man sichs gefallen, daß allerseits Gefangene, ohne Unterscheid, sie seyn dem Kriege oder Staat zugethan, inner Monats- Frist von Dato an, ohne Ranzion ledig gegeben werden: wäre einer vor diesen Handlungen gegen Versprechung der Ranzion ledig gelassen, der soll die Zahlung noch leisten, da aber solcher nach beschrittener dieser Handlung, die Ranzion zwar versprochen, und doch nicht erlediget wäre, der soll, krafft des ersten Paragraphi, ohne Entgelt freyes Fußes werden. Es sey aber die Ranzion verheissen oder nicht, sollen alle Gefangene ohne Unterscheid, die Unkosten, so während der Gefängniß gemacht worden, zu erstatten schuldig seyn. Sonsten, erkennen die Kayserliche Legaten keinen andern König in Portugall, als den Catholischen König, dahin auch die Handlung wegen des EDUARDI BRAGANTINI zu verweisen.

Ad

1645.
Sept.

Ad 10. II. 12. Auf den 10. II. 12. Articul antworten die Kayserliche Herren Plenipotentiarii, daß Ihre Kayserliche Majestät denen Königen und Reichen einige Satisfaction zu thun nicht schuldig; sondern allerhöchstdenckte Dieselbe habe vielmehr gerechteste Ursache solches zu begehren; Gestalt dann über dieses auch Ihre Majestät auf allen Fall, und da über Verhoffen diese Friedens-Tractaten nicht fruchtbarlich zum Ende gebracht werden sollten, Ihre dieselbe ausdrücklich vorbehalten, und ob sie zwar wohl auch, was diesen Punct betrifft, von den Schönbeckischen Handlungen abzutreten, genugsame Ursach habe, dieweil die Königin und das Reich Schweden dasjenige, was ihr damahl aus lauter Friedens-Begierde, geboten worden, nicht acceptiret; ja hernach mit Fortführung des Krieges wider Ihre Majestät und das Reich, auch Dero Königreiche und Erb-Länder, beydes mit Schwerd und Feuer viel größern Schaden und Unkosten verursacht; jedoch wann den Churfürsten und Ständen, den Schönbeckischen Tractaten zu inhariren, beliebet, wollen es die Kayserlichen Plenipotentiarii nicht ausschlagen.

1645.
Sept.

Mit der Frau Land-Gräfin zu Hessen ist man auf gewisse Maasse und Bedingung schon einig, welches Ihre Majestät nochmahl genehm halten. Der Fürst in Siebenbürgen gehöret nicht unter die Stände des Reichs, noch Schwedische Bunds-Verwandten, Anhänger oder Gehülffen in Deutschland.

Ad 13. Wird acceptiret, daß, wann dieser Friede geschlossen und eröffnet, alle Derter, so von einem oder andern Theil eingenommen worden, mit dem Geschütz und Zugehörungen, auch allen daselbst befindlichen Mobilien, ihrem vorigen Herrn wieder ausgehändiget, und darauf solche Derter, sie liegen am Meer, an den Grängen oder im Lande, von beyderseits Besatzungen ewig befreyet werden.

Ad 14. Wird acceptiret, daß aller kriegenden Theile Kriegs-Volk im Reich gänglich abgedancket, und das, was ein oder ander Theil davon zu seiner Sicherheit vor sich behalten will, aus dem Römischen Reich in seine Länder geführet werde.

Ad 15. Wird gleichfalls beliebet, daß aller Handel und Wandel, welcher vor diesem Kriege unter allen Theilen im Schwange gegangen, mit allem, was dem anhängig ist, in unverlegter Freyheit zu Wasser und Land, auf alle Weise und Wege wieder getrieben werde, mit Hintenansehung aller entzwischen eingefallener Hinderungen. Und gleichwie die Herren Schwedische Plenipotentiarii, bey vorgehender Handlung sich weiter heraus zulassen vorbehalten, also wollen es die Kayserlichen nicht weniger gethan haben, und sich dann nach Gelegenheit weiter resolviren.

Ad 16. Ist man einig, daß in diesen Frieden von seiten Schweden und Franckreich alle Könige und Fürsten, die es begehren, und vor dem Schluß der Tractaten genennet werden sollen; Gleichwie auch hingegen an Seiten Ihrer Kayserlichen Majestät, welche wollen oder es begehren, und von Derselben gleichfalls benennet werden sollen, mit eingeschlossen seyn mögen.

Ad 17. Auf den 17. Articul antworten die Kayserlichen Plenipotentiarii, wann es sich nach eingegangenen Frieden begeben, und einem oder andern Theil, desselben Bunds-Verwandten und Gehülffen, dasjenige, was in obgedachten Articuli geredet worden, nicht gehalten; noch auch solche Sache binnen der Zeit, deren man sich vergleichen würde, gütlich vertragen, oder durch rechtlichen Process beygelegt werden sollte (welcher Weg doch, damit man nicht flugs zu den Waffen greiffe, sondern des Christen-Bluts verschone, vor allen Dingen versuchet, und wegen desselben jeso gehandelt und ein Schluß gemacht werden solle) daß sowol ein oder der andere Theil, wie auch beyderseits Bunds-Verwandte und Gehülffen, mit gesamtem Rath und That, dem beleidigten ohne Verzug und Auffenthalt, zu Abwendung des erlittenen Unrechts, sobald man, nach Verfließung benannter Frist, aufgemahnet, und die Sache nicht sonst verglichen wird, zu Hülffe kommen solle.

1645.
Sept.

Ad 18. Zu dessen allen und jeden Befräftigung und mehrern Glauben, sollen die Friedens-Tractaten, mit beyder Theile Gesandten und Botschafften Hand und Siegel bestätigt, und sobald hier gegen einander ausgeantwortet, und dann augenblicklich ein beständiger Friede vollzogen, und die Waffen niedergelegt; Unter dessen aber solchen Zweck desto geschwinder zu erreichen, auch des Christen-Bluts zu verschonen, ein kleiner und billiger Stillstand verglichen werden. Jedoch also, daß mit der Friedens-Handlung zugleich verfahren, und nicht dahero etwan derselben einiger Verzug gemachet: sonst deroselben Confirmationes sowol von dem Kayser und Reichs-Ständen, als den Königen und Reichen Schweden und Frankreich, und deroselben Ständen, wie gebräuchlich ist, nach der Maas, wie abzufassen wäre, gesieget, inner zweyer Monaths-Frist, von dato an zu rechnen, ausgewechselt werden, endlichen aber dieser Auswechselung, die Publication und Vollziehung folge. Wann nun die Cron Schweden, mit dieser Erklärung zufrieden seyn, und dasjenige was dero obliegt, schuldiger massen leisten wird; so zweifeln die Kayserlichen Plenipotentiarium nicht, es werde auf beyden Theilen ein ehrlicher, beständiger und ewiger Friede erwachsen, und alles dahin gelangen, was die Herren Schwedische Legaten dem Kayser und dem Reich, ja der gangen Christenheit, gönnen und bedeuten:.

1645.
Sept.

§. XXI.

Die Kayserliche Responzion ad Propositionem Gallicam lautete also:

Kayserl. Responzion auf die Frankösische Friedens-Proposition.

Dictatum 17. Decembr.

Anno 1645.

Plenipotentiariorum Cæsaris Responiones ad Articulos à Regis Galliarum Plenipotentiarium de Pace propofitos.

Cum, absolutis jam pridem Præliminaribus Commutatisque utriusque Mandatis &c. Plenipotentiarium Cæsareis & Gallicis sub finem anni proxime præteriti conventum fuisset, ut ad quartum Decembris ejusdem anni utraque Pars Propositiones suas circa media Pacis, ad manus Dn. Mediatorum traderet, idque ad conditum diem memorati Plenipotentiarium Cæsarei re ipsa præstitissent, nihil magis expectabant desiderabantque, quam ut dicti Dn. Plenipotentiarium Christianissimi Regis Galliarum, etiam ex sua parte idem facerent; Verum cum iisdem Plenipotentiarium Regium, demum ad 11. Junii proximi præterlapsi (quæ Sacro Sanctæ Trinitati erat Sacra) Articulos 18. Tractandæ Paci Generali Firmæ & durabili proponere placuerit, reservata sibi nihilominus potestate addendi aut explicandi se amplius super iisdem, prout necessarium judicaverit. Plenipotentiarium Cæsarei ad contestandum constans ac perpetuum Sacræ Cæsareæ Majestatis in Pacem studium, quodque in se mora nulla sit, quin quamprimum cum omnibus ac singulis Electoribus, Principibus ac Statibus Imperii tum universim toti Reipublicæ restituatur, constetque is, quem sua Majestas Imperialis unice semper intendit, quietæ ac securæ dignitatis & incolumitatis status, super dictis Articulis (facta prius Electorum, Principum aliorumque Statuum Imperii præsentibus Legatis Communicatione) ad hunc modum sese declarant, reservata tamen sibi simili Addendi vel ulterius se Explicandi potestate.

Ad 1. Placet, ut Bellum & omnes hostilitates inter Sacram Cæsaream Majestatem & Sacrum Romanum Imperium ejusdemque Electores, Principes, ac Status, Regem Hispaniarum Catholicum, Domum Aufriacam, CAROLUM Ducem Lotharingiæ ejusque Fratrem & Liberos, omnes ipsorum Fœderatos & Adhærentes, ex una, & Regem Franciæ Christianissimum, Reginam Sueciæ